

CANCELL:
MARTIS B.
1717:

~~✓~~ Zür OT Le

8

AD
SOLENNEM
MAGISTRORUM
RENUNCIA TIONEM

DIE VIII. FEBRUARII A. MDCC XIV.

IN

AUDITORIO PHILOSOPHICO
ADORNANDAM

RECTOR EM ACADEMIÆ
MAGNIFICUM

UTRIUSQUE REIPUBLICÆ PROCERES
ET ACADEMIÆ CIVES
EA QUA DECET OBSERVANTIA ET HUMANITATE
INVITAT

FACULTATIS PHILOSOPHICÆ

DECANUS
L. CHRISTIANUS LUDOVICI, P. P.

L I P S I A,
LITERIS JOH. CASP. MÜLLERI.

K
MIRY, RODA
MINOTARI
LUDV. M. VENDELLI
COPPIA
B
E
S
T
H
O
C
R





F. N. F.



Erius & ægre admodum philosophiam Peripateticam religionis suæ capitibus in Synagogis librisque vulgatis sive immiscerisive accommodari passi sunt Judæi, ut est gens in aliorum populorum placitis admittendis prope inexorabilis. Nam A. C. 1181, cum R. Moses Ægyptius librum suum *מורה נבוכים* Doctor Perplexorum inscriptum (quem non solum multis philosophia Aristotelica placitis de causa prima, de intelligentiis orbes coelestes moventibus, de sphæra, de materia prima, de privatione similibusque refererat; sed &, quod vel maxime Synagogæ sudes in oculis erat, in plerisque capitibus ad mentem Christianorum philosophorum composuerat) primo quidem in lingua Arabica, mox &, interprete R. Juda Alcharizi, pauloque post alio R. Samuele Abben Tybon, in Ebraicum idioma translatum evulgaret; quanti pro Deum immortalis motus per Galliæ Hispaniæque Synagogas concitat! quanta cum contentione animorum inter Sapientes Montepessulanos & Narbonenses negotium hoc aëtitatum fuit! Illi jam antea editione libri מורה נבוכים, eo quod Christianam Theologiam imitari crederetur, vehementer commoti Principe Synagogæ R. Salomone duce & auspice lectionem utriusque libri interdicere, exemplaria flammis, autores cum defensoribus diris

devovere. Hi contra niti , illosque anathematis fulmine ferire. Nec sic quidem motus sedati fuerunt. Tantum enim abfuit, ut Montispeſſulani Narbonensibus causa cederent, ut potius anathemate ceu ceftro perciti literis nuntiisque missis etiam reliquas Galliae Synagogas in partes tractas adeo irritarent, ut anathematis fulmen unanimi decreto in Narbonenses retorquent, philosophia studium damnarent, Maimonidis epitaphium מורה נבחר האנשימים electus bonorum expungerent, & aliud מורה נבחר האנשימים excommunicatus & hereticus in locum ejus subderent. Tandem David Kimchi ea tempestate præ aliis in celebritate constitutus Rabbi, sua non minus prudentia quam autoritate litem diremit & motus compositus. Primo Synagogas Hispanicas, ut Narbonensium causam agerent, suasione, prece, monitisque movit, qui dehinc cum Narbonensi Synagoga viribus conjunctis Montispeſſulanos cedere nescios iterato anathematis fulmine terruerunt, pauloque post etiam a reliquis Galliae Synagogis omnibus desertos ad eas incitas redegerunt, ut vietas manus porrigerent, pacem commissique erroris veniam peterent. Quo serius vero agriusque Aristotelicam Philosophiam admiserunt, hoc ferventiori studio semel admissam prosequuti sunt Hebræorum Magistri : nec pauci illi, qui inde ab eo tempore philosophicum studium vel dissuaserunt, ut R. David Joseph Hispanus, vel contra Aristotelem disputatione, ut R. Isaiae Arama, prohibere potuerunt, quin philosophia Aristotelica ab Arabibus, qui eidem addicti erant, (vid. Herbelot Bibliothèque Orientale p. 303.) accepta , in Rabbinorum mentibus scholisque adeo altas radices ageret, ut creverit, vigerit, floruerit, & fructus uberrimos, libros puta varii generis, tulerit, quorum potissimos (num omnes genuini sint de eo jam quidem non disputamus,) hic vel ideo, ut inter Hebrei quoque Sapientes Aristoteli suum pretium constitisse patet, recensere constituimus. Inter libros istos primum locum sibi merito vindicant ipsa Aristotelis Opera, quibus in eadem commentarios, commentariis vero tandem scripta alia Aristotelicorum subjungemus. Ipsa ejus opera integra R. Isaacum,

Fi.

Filiū Rabbi Chanen, jam ante Maimonidis tempora in hebrai. *Versiones o-*
cam linguam vertisse ex epistola ejusdem Maimonidis ad disci- *mrium Ope-*
pulum suum R. Samuelem Abben Tybbu intelligimus. Eadem *rum Aristoteli-*
opera cum commentario Averrois Venetis A. C. 1542. apud
Juntas prodierunt. Sigillatim סְכִיר הַטְבָע libros Aristotelis *Versiones sigil-*
de physica auscultatione sive principiis, Φυσικῆς ακροάσεως ἡ πε- *latim librorum*
ἡ ἀρχῶν β.βλ. *ס' השמים* *libros de celo*, περὶ γένεσις βι- *de physica au-*
στλ. *ס' חיה ורוחה* *libros de generatione περὶ γενέσεως*: *ס' הנפש* *de celo,*
libros de anima, περὶ ψυχῆς: & denique *ס' האניר* *librum de generatione,*
de respiratione, περὶ αναπνοῆς anonymous Hispanus in He- *de anima,*
truria provincia ex Arabica in Hebraeum lingua transtulit. *de respiratione,*
Alius anonymous מאמר מוחה וחפטך *libros de generatione & de generatione*
corruptionis, περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς: *ס' מאותות העליזונות* *& corruptione.*
libros Meteorologicorum, μετεωρολογιῶν & חיותם *libros de Meteoris,*
de historia animalium, περὶ ζώων ισορίας ex Arabico in Hebreo *de histor. anim.*
um vertit. *Libros Meteorologicorum* sub titulo' *ס' מאותות השמי* *de Meteoris,*
ex Arabico in Hebraeum transtulit R. Samuel Ben Juda Abben
Tibbon, qui & Tractatum sub hoc ipso titulo *ס' אחותות השמים*
a Mardochæo Ben Danielis ex Aristotele conflatum in eandem
Hebraicam linguam traduxit. Præterea extat ex Aristotelis *de natura ani-*
Tractatibus physicis *מאמר מטבח בעלי חיים אשר ביבשה malium terre-*
Traictatus de natura animalium terrestrium & marii- strium & ma-
morum: extant *ס' החוש והמורשת* *libri de sensu & sensibili*, πε- *ritimorum,*
περὶ αἰδήσεως καὶ αἰσθηῶν Venetii cum commentariis R. Levi *de sensu & sen-*
Ben Gerson vulgati. Similiter *ס' כתרא'* *מספר חורי מפיזיון* *liber unus de communi a-*
de communi animalium motione, περὶ τῆς κανῆς τῶν ζώων animalium mo-
τικήσεως in bibliotheca Vaticana extare dicitur: extant deni- *tione,*
que *ס' מראה פנים* *liber physiognomicon*, *de physiognom.*
Φυσιognomikῶν καὶ *ס' חנות* *או מפיסו* *de pomo.*
Physiognomikῶν & *ס' חנות* *liber de pomo.* Libris Physicis A- *Librorum Me-*
ristotelis jungimus *libros Metaphysicorum*, *ס' מה שאחר הטבח* *taphysicorum,*
τὰ μὲν Φυσικά, quos Averroes commentarii ordine Alphabetico digestis illustravit, ut infra monebitur: Ex libris phi- *Librorum Ethic-*
losophi Ethicis & Politicis translati sunt in Hebraeum linguam corum & Politi-
המרות *ס' libri Ethices*, *קונטרא* quos R. Don Meir Algavades vel *corum.*
Alguezel Hispanus hebraice vertit.

ס' מִרְוָתָה prænotatus esse fertur liber quidam Romæ in Bibliotheca Barbarinorum, A. C. 1556, impressus; sed male, cum non Aristotelis ethica, licet hæc tota fere cum insigni Aristotelis encomio in illum transcripta fuerit, sed ali-us liber sit, כבָדָר אַלְגָ' Gloria Dei inscriptus, cuius argumen-tum est præstantia hominis & legis Mosaicæ. In eandem He-bræam linguam ex Ali Ismaelitæ Arabica versione translatu-s est Aristotelis אַגָּרָת הַמּוֹסֵך Epistola Dida-scalice a R. Juda Al-charizi Ben R. Juda. Translati sunt porro primo quidem ex la-tina versione in Arabicam a Johanne filio Patriarchæ, post ex-Arabica lingua in Hebræam a Rabbi Juda Al-charizi סְפִירָה de administratio-ne regni ad הנֹּחֶת הַמְּלָכָות libri de administratione regni ad Alexandrum: Alexandrum, translatu-s denique est ס' סְדָר הַסּוֹרָות liber arcani arcanorum, sive de consiliis & consiliariis ex Græco in Arabicum & ex Ara-bico in Hebræum idioma. Conf. Bartolocet. Bibliotheb. Magna Rabb. P. I. p. 34. 480. 481. 482. P. III. p. 27. & 900. P. IV. p. 14. 15. 24. 107. 393. Herbelot Bibliotheque Orientale p. 128. 719. & passim. R. Jacob Striemers Schatzeleth Hakkabala p. 9. R. Alorab. in Juchasin, p. 134. R. Gedalja Schatzeleth Hakkabala p. 61. Conf. passim Buxtorfii Bibliotheb. Rabb. Hostingeri Bibl. Rabb. Plantaviti Bibl. Rabb. R. David Ganz Zemach David. Job. Averrois Com-Druſius de Sc̄tis Hebreorum. A versionibus Aristotelis ad Com-men-tarii in Aristotelem progradimur. Commentatus est Ara-bice in omnia Aristotelis opera Averroes (אַבָן רָאֵה) Hispanus, Aristotelicæ philosophiæ addic-tissimus Me-dicus. Prodiere ejus Commentarii hebraismo donati cum Operibus Aristotelis Venetiis A. C. 1542. Eodem Arabicō idiomate commentarios in omnia Aristotelis opera ab Abu bebraice versi, Achmed sive Chemed adornatos ebraice reddidit R. Abben Tibbon. Extant quoque commentarii Thome Aquinatis in Hebræam linguam translati. Commentarii in Aristotelema annumeramus Rabbinorum commentarios in commentarios dictos, ut sunt R. Eliæ Creten-sis. Commentarii in Averroem conjunctæ Johannis de Janduno Quæstionib; in libros Physicos Aristoteles Venetiis A. C. 1506. sermo-

mo-

Abn Achmedis
bebraice versi,
Thome Aqui-natis hebraice
versi,

R. Eliæ Creten-sis.

ne barbaro impressis. Præterea R. Mosis Ben Josuæ Isai **שאלות** R. Mosis Ben Jo-
Quæstiones in Opera Averrois. Quos in singulos Aristotelis **ס'commentarii**
libros concinnarunt commentarios vel hebraice, vel hebraice **על הטען** Sigillatum com-
latineve versos varii sunt, Averrois **commentarii** **mentarii in li-**
in libros de physica auscultatione a R. Samuele Abben Tybon de physica au-
Granaten in Hebraicam linguam traduci, & Rivæ Tridenti A. **fultatione,**
C. 1560. impressi : eosdem R. Kalonymus filius Kalonymi A.
C. 1316. in linguam eandem vertit : Ejusdem Averrois **ספר** **לארכטורה בוחכמתה רחובת** **Paraphrasis** in libros physicos Aristote-
lis, latinitate donavit R. Abram filius R. Meir de Balmis. Huc
referendæ porro sunt Annotationes R. Saulis Sacerdotis Germani
in Commentarios Averrois super libros Aristotelicos de physi-
ca auscultatione A. C. 1520. vulgata : Commentarius R. Levi
Ben Gersom in Averrois commentarios super Aristotelis physi-
cam : Commentarii R. Michaelis Sacerdotis discipuli Averrois
in commentarios Magistri sui super libros Aristotelicos de phy-
sica auscultatione : non vero hoc referri convenit librum
מראש רוחכמתה Expositionem Sapientie, quippe quæ non tam commen-
tatio in physicam Aristotelis, quod Buxtorfius, credidit quam ex
Aristotelis Physica, ex Ptolemao aliisque facta compilatio est.
Ad Commentarios in singulos Aristotelis libros pertinent com- **de cael. & mund.**
mentarii Averrois in libros Aristotelis **de caelo & mundo**, **de gen. & cor.**
generatione & corruptione, in libros **Meteorologicorum**, **de ani-** **de Meteoris,**
ma, sensu & sensibili omnes in Hebraicam linguam ab anonymo versi : commentarius ejusdem **de anima,**
de sensu & sensibili omnes in Hebraicam linguam ab anonymous **de sens. & sens.**
R. Salomo Abben Mosche Alguari hebraice vertit : com- **de somn. & vig.**
mentarii Arabici Johannis Patriarchæ in Aristotelis libros **de celo, & elementis,**
mundo & elementis, quos R. Joseph Abben Schemoth in gra-
tiam Isaaci Abben Nun philosophi literis latinis expressit : com-
mentarii R. Levi Ben Gerson super commentarios Averrois **de celo & mun-**
celo & mundo, **generatione & corruptione** : commentarii Aver- **dō, generatione & corruptione,**
rois in libros **Meteorologicorum**, quas Elias Hebraeus in lati-
num sermonem transtulit : quæstiones R. Timonis super li-
bros Aristoteles **Meteorologicos**, item **de generatione & corru-** **de meteor. gen. & sen-**
ptione : commentarii Raphaelis in librum Aristotelis **de sensu de meteor. gen. & corrupt.**

de sensu & sen- & sensibili, & R. Levi Ben Gersonis commentarius in eundem
sibili.
de histor. anim. Aristotelis librum Venetiis impressus : Averrois commentarii
in IX. ultimos libros *de historia animalium*, quos R. Mosche
de partibus animalium, Abben Tibbon in Hebraicam linguam transtulit : ejusdem pa-
de materia pri- raphrasis in librum 4. *de partibus animalium*, & alia nonnulla,
ma & princ- quae una cum Averrois exordio in libros physicos latine ver-
piis rerum na- tit R. Jacob Mantinus : ejusdem *דדרושים* *questiones natura-*
turalium, *de cometis*. *les*, sive de materia prima & principiis rerum naturalium : ejus-
dem commentarii *de cometis* latine versi ab Elia Hebræo. Com-
mentariis in physicam subjecimus Commentarios in Metaphy-
sicism Aristotelis a Rabbinis tam hebraice quam latine versos ; &
in omnes libros *commentarii* *commentarii* *commentarii* *commentarii* *commentarii*
Aristotelis, primo quidem Averrois *commentarii* *commentarii* *commentarii* *commentarii* *commentarii*
in i. librum. *in libros omnes Metaphysicorum Aristotelis* A. C. 1192. or-
vers. proœmii *dine alphabeticō scriptum atque a R. Kalonimos Ben Kalonimos*
in libros 12. A. C. 1311. hebraice versum : addimus ejusdem *commentarii*
Metaphys. *um in lib. i. Metaphysicorum*, quem R. Elias Hebraeus latine
Epitomes li- *vertit* : addimus etiam latinam versionem proœmii Averrois in
brorum Meta- *12 libros Metaphysicorum Aristotelis*, nec non epitomes in cos-
physicorum. *Commentarius* *Commentarius* *Commentarius* *Commentarius* *Commentarius*
in omnes libros *dimus commentarios Alexandri Arabi in omnes Metaphysicorum*
Aristotelis. *libros*, a R. Mose Ben Salomonis sub hoc titulo *העריך פרישת השם על מאחר הטבע לארכט* *hebraismo*
Commentarii in *donatos*. Restant *commentarii in libros erbicorum Aristotelis*,
ethicor. libros. *quos R. Joseph Ben Rabbi Schemtob scripsit*, in hebraicam ve-
Paraphrasis in *ro linguam transtulit Don Meir Medicus Regis Castiliae*. Scri-
libros Rhetori- *pſit etiam ſepius laudatus Averroes paraphrasin in tres libros*
cos. *Rheticorum Aristotelis Venetiis 1542. impressam & a R. A-*
braham Ben R. Meir de Balmis latine translatam. Notandus
hic Bartoloccius, quod Bibliotheca Magnæ Rabbinicæ P. I. p. 34.
incavat scribat, ab Averroë *commentarium in tertium librum*
Rheticorum confectum fuisse ; nam & ipſe alibi P. III. p.
860. in tres libros *commentatum fuisse Averroem exprefſe me-*
memorat. Prodiit paraphrasis illa Venetiis cum Tomo III. Ari-
stotelis A. C. 1560. Idem Averroës paraphrasin fecit in li-
Paraphrasis in *brum Aristotelicum de arte poetica*, quam latina veste induit
librum Poetic.

R. Ja-

R. Jacob Mantinus cum reliquis Averrois Operibus A. C. 1552.
editam. Conf. Barthol. Biblioth. Magna Rabb. P. I. p. 13. 14. 34.
134. 220. 481. P. III. p. 57. 830. 832. 860. P. IV. p. 4. 8. 26. 48. 73.
107. 139. 358. 398. Buxtorf. Bibliotheca Rabb. passim. Hottin-
geri Biblioth. Rabb. Plantavitii Biblioth. Rabb. R. Jacob Stri-
mer שְׁפָתֶר וּשְׁנִיר R. Abrah. lib. Juchasin. R. Gedal-
ja in Schalfsheleth Hakkab. R. D. Ganz in Zemach David.

Nihil super est, quam ut Aristotelicorum scripta adhuc re- Scripta Aristote-
censeamus, cuiusmodi sunt in physicis Abunaflaris Alpharabi telicorum in
ס' מהות הנפש liber de essentia anime, Arabice scriptus, ab physicis Abu-
anonymo vero in linguam hebraicam translatus; item ex Ara- naffaris al-
bica lingua in Hebream a R. Zacharia Hallevi translatus: pharabi,
anonymi liber על הנפש : R. Maimonidis ut & anonymi anonymi
liber de causis : R. Samuelis Mardochaei Ben Da- Maimonidis
niclis ס' אחות השמים liber de signis coeli, i. e. de meteoris, anonymi alias
compilatus ex Operibus Aristotelis, & hebraice versus a R. Sa- Mardochaei.
muele Ben Judæ Abben Tibbon. In Metaphysicis על הרוח והארח in metaphysicis
de esse, essentia & uno R. Elias Cretensis qua- R. Elie Creten-
stiones scriptis Venetiis 1506. sermone barbaro excusas, cum sis
quibus quaestiones physicae על מניע והאשן העולם itemque
על de efficientia mundi conjuncta sunt. Ut in moralibus
taceamus scripta Moralia R. Schemtobh Bar Joseph Balkera & R. Schemtobh.
R. Todros ראיות רכמה initium sapientiae, יין משפט R. Todros
lum judicii, in quo 60. Tractatus Philosophiae Aristotelicæ con-
formiter scripti, habentur, & plura alia. Conf. Bartoloccius in
ספר קרוית ספר P. I. p. 5. 182. P. II. p. 824. 859. P. III. p. 934. P. IV.
p. 108. 109. 305. 306. 393. 934. Sed nullæne, inquies, five versio-
nes Logicæ Aristotelicæ, five commentationes in logicam A-
ristotelicam, five meditationes logicorum Aristotelicorum un-
quam in lucem publicam emissæ fuerunt? imo quam plurimæ.
Sed eas comodiori loco, in septima scil. disputatione
de vestigiis Logica Peripatetica propediem dabimus. Jam si
quis querat de causa, cur in primis Philosophiae Peripateticae
addictissimi fuerint Rabbini; crediderim ego, aliquid ad pre-
mium philosophiae hujus inter Judæos contulisse, quod puta-
run

רunt eam Mosaicis scriptis incunabula prima debere Refert enim Rabbi Gedalja Ben Jechaja se in vetusto codice Msc. כוֹזְרִי legisse, quod cum Aristoteles aliquando philosophos percunctatus esset : unde ad eos derivata fuerit philosophia ? respondisse hos, ex Judeis. Ex Judæis enim & Chaldaeis sapientiæ rivulos ad Persas & Medos, a Persis & Medis ad Græcos, a Græcis ad Romanos fluxisse. Auxit forte persuasionem de dignitate philosophia Aristotelicæ narratio lepida, quam ex Semitis Fidei R. Gedalja Ben Jechaja in שָׁבֵילֵי אַמּוֹנוֹה habit, expugnatis Hierosolymis ab Alexandro M. bibliothecam Regis Salomonis Aristoteli ex Regia munificientia fuisse datam, qui arcana naturæ inde assecutus, omnibus libris incensis, ne plagii accusari posset, eam prorsus deleverit. Ut fabulam aliam nimirum Aristotalem genti Hebrææ natales debere, cui Eusebius male intellectus lib. 9. c. 3. Præpar. Evang. occasionem dedisse eruditæ judicant ; rursusque aliam, Aristotalem proselytum fuisse, taceamus. Has ejusdemque furfuris plures fabulas, licet a prudentioribus rideantur, a sagacioribus etiam Rabbinis refutentur, apud vulgus tamen Hebræorum Magistrorum, applausum mereri experientia docet. Sed relinquamus Iudaeorum plebi suas fabulas. Nos ut his similibusque nugis philosophiam Aristotelicam vel, & aliam (non enim adeo obtusa gerimus pectora, ut aliorum philosophorum placita, modo sobria, nec religioni nostra inimica fuerint, admirari nefciamus) commendemus, opus non habemus ; ipsa pulchritudine sua se amabilem reddit, qua inter alios capti juvenes indole boni, ingenuo nobiles, virtutis, industriae & eruditionis laude egregie florentes, numero XX. totos se, & eo quidem cum successu illi manciparunt, ut, postquam a Collegio Philosophico lauream supremam in industriae & eruditionis Testimonium publicum modeste petierunt, illud sueto examine præmisso iis omnino gratificandum duxerit. Quorum nomina eo ordine, quem non meritis, ultimus enim & primus sunt hic omnino pares, sed vel collati baccalaureatus vel civitatis Academicæ jure obtinent, sequuntur :

FRI-



FRIDERICUS MATTHIAS HARTMAN,
Schœnfelda-Misn.
Gottlob AUGUSTUS HEMPELIUS,
Pissenä-Martisburg.
JOH. CHRISTIANUS SALICHIIUS,
Melsn. Misn.
CHRISTIANUS Gottlieb Jöcher,
Lipsiensis.
Gottfried Seydenschwanz,
Oedera-Misn.
JOH. HENRICUS FISCHERUS,
Gera-Variscus.
JOH. ULRICUS STADMILLERUS,
Campidonensis.
CHRISTIANUS ERDMANNUS AGNERUS,
Martisb. Misn.
JOH. PHILIPPUS SESEMANNUS,
Numburg. Misn.
GEORGIUS Gottlob RICHTERUS,
Schneeberga-Misn.
GEORGIUS ADOLPHUS Schuberth,
Lipsiensis.
CHRISTIANUS PAZIGIUS,
Porsdorff. Misn.
BENJAMIN Holzapfel,
Numburg. Misn.
FRANCISCUS WOKENIUS,
Pomeranus.
HENRICUS WILHELM Engelmann,
Glaucha-Misn.
JOH. AUGUSTUS NEUBER,
Lipsiens.


CHRISTIANUS GOTHOFREDUS Hoffmann,
Lauba-Lusatius.

Gottfried CHRISTIANUS LENTNERUS,
Steinov. Silesius.

MATTHIAS GEORG Schröder,
Suerino-Megapol.

JOH. CHRISTIANUS SCHMOLLERUS,
Salburga-Franc.

Hos omnes & singulos non meritis, inquam, sed vel**B**accalau-
reatus vel civitatis Academicæ nostræ jure locatos crastino die,
volente Deo, finitis sacris matutinis, in Acroaterio Collegii Prin-
cipum Majoris Doctores, h. e. Magistros Philosophiæ publice
renunciabimus. Quem actum publicum, ut Rector Acade-
mia Magnifice, Proceres utriusque reipublicæ, splendidissima
Vestra honoratissimaque præsentia celebratiorem efficiatis :
Vosque, juvenes Studiosi generosi & nobilissimi, attentione be-
nevolæ ornetis, humiliter, officiose & amice rogamus ; vicissim
omnia obsequi, observantia & amoris officia polliciti. P. P.
die 7. Febr. A. C. MDCC XIV.




00 A 6280



56.

nehe



AD
SOLENNEM
MAGISTRORUM
RENUNCIA TIONEM
DIE VIII. FEBRUARII A. MDCC XIV.
IN
AUDITORIO PHILOSOPHICO
ADORNANDAM
RECTOREM ACADEMIÆ
MAGNIFICUM
UTRIUSQUE REIPUBLICÆ PROCERES
ET ACADEMIÆ CIVES
EA QUA DECET OBSERVANTIA ET HUMANITATE
INVITAT
FACULTATIS PHILOSOPHICÆ
DECANUS
L. CHRISTIANUS LUDOVICI, P. P.

*LIPSIAE,
LITERIS JOH. CASP. MULLERI.*